

gii martiris *Et sepultus cum exi-
mijis pluribus doctoribus in ecclesia
sancti Stephani Wienn. in latere*

En petrus olim doctor bene clarus in orbe

Dogmate cum fama conditur arta petra.

Dictus de pulka rutilat veraque sopia

Sit regni consors quod sine morte manet.

Haec manu Sec. XVI. fed fallaci;
Petrus enim de *Pulka*, ut ait No-
ster, a. 1425. defunctus non potuit
hanc Expositionem finire a. 1431.
quo finitam esse docet *Codex* se-
quens, nec de duabus diversis Ex-
positionibus sermonem esse liquet,
cum praefens fol. 339. p. 2. finiat:
*Capitulum 7^{mum}. inuenies in alio volumi-
ne.* Adhaerendum igitur *Petro*
de *Pirchenwart*, qui anno 1432.
immo 1435. ut ex alia ejus in *Pauli-
nas* Expositione adparet, super-
stes fuit, corrigendusque simul Au-
tor *Scriptt. Univ. Vien.* qui P.
I. p. 100. vitam *Petri de Pulka*
ad an. 1432. produxit, simul *Lo-
cheri Speculum Acad.* ab eo in er-
rorem inductum, qui e confusione
duorum *Petrorum* manifeste or-
tus est.

II. fol. 347. sequitur *Traeta-
tus κεφαλος de Religione*, ut in
calce legitur, *militari*, qui nunc
infit: *fit clarum quod perfectio vi-
te christiane suae sequela christi do-
mini in hac via potest dupliciter
haberi &c.* Dirigitur potissimum
contra *Hussitas*, et scriptus vide-
tur a *Pirchenwartio* circa a. 1420.
sive tempus praedicatae contra
eos sub *Martino V. Crucis*. Ex-
trema sunt: *in fide christiane ec-
clesiae uniti mereamur peruenire*
Denis Codd. Theol. V. II. P. I.

*quod duodecim apostolis domini de-
dicatum Et tale superscriptum si-
bi sortitus est epitaphium.*

*ad claram unitatis trium persona-
rum diuinarum visionem, quam no-
bis concedat, qui sine fine &c. Et
tantum sit dictum de ista religione
militari.*

III. fol. 371. Accedunt instar
Mantissae *Quaestiones selectae et
discussae ex Evangelio Joh.* hacten-
us exposito, quarum *Prima* de
illis C. 5. Verbis: *Omne judici-
um dedit Pater filio.*

Circumdant *Codicem Membra-
nae* 4. manu Sec. XIV. exaratae,
quibus *Fragmentum* *Expositionis*
in *Job* ignoti *Autoris* Cap. XXX-
VIII. et XXXIX. continetur.

CXCI.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 41
Folior. 300. f. currente calamo
perscriptus continet *Expositionem
Evangelii Johannis* a C. VII. *Post
haec ambulabat Ihesus in Galileam
&c.* usque ad finem. Initium est:
*Postquam evangelista egit de vita
et nutrimento populi &c.* Ad cal-
cem: *Anno domini 1431^o. die 17.
Mensis decembris hic finis factus
est.* A fol. 217. usque ad finem
discutiuntur, quasi in *Expositionis*
Subplementum, aliae ejusdem *E-
vangelii Περίοποι* incipiendo a C.
IX. *Si ceci essetis, peccatum non
habe-*

haberetis, usque ad C. ult. Sic eum volo manere &c. Autor, qui haec in Schola Vien. praelegit, si Titulo dorso Codicis adfixo fides, est *Petrus de Pirkenwart*, qui laborem antecedenti Codice coeptum hic profequitur. Codicem utrinque ambiunt Membranae 2. Sec. XIV. exhibentes Expositionem in *Job* a C. XXXVIII. v. 35. ad finem, cujus Autor e notioribus non est, ut jam Cod. antecedenti dixi.

CXCII.

- U. 43 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 376. f. per duas columnas exaratus et rubricis distinctus aliud est praecedentis Exemplar *απολογον*; habet enim ad calcem: *Et sic est finis lecture huius evangelij Anno domini 1471.* Ad sunt eodem modo Quaestiones discussae a fol. 255. ad finem.

CXCIII.

- U. 18 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 138. f. per duas columnas scriptus, rubricis enotatus et, ut praefert Nota, legatus ad collegium beate marie virginis domus rubee rose apud fratres predicatorum in *Vienna* a *Thoma de Haslpach* sacre pagine prof. in *perchtoltzdorff* plebano et ad *S. Steph. Canonico* complectitur *Nicolai de Lira* O. M. Postillas primo in *Actus Apostolorum*, quarum initium: *Repleti sunt omnes spiritu sancto* &c. dein in *VII. Canonicas Epistolas*, quarum initium: *Quatuor sunt minima terre* &c. demum in

Apocalypsin, quarum initium: *Datus est mihi calamus similis virge* &c. At postremae hae ad *Lirano* non pertinent, ut e comparatione tam cum vetustis hujus Editionibus, quam cum Bibliis glossatis liquet. Non enim *Prologus* tantum, cujus initium dedi, sed ipsa etiam *Expositio*, quae in fit: *Ego Johannes &c. Totus iste liber divisus est in tres partes in probemium executionem epylogum* &c. a bit a *Lirano*. Ad quem porro referenda sit, in tanto eorum, qui *Apocalypsin* tentarunt, numero difficile est dispicere. A me saltem more meo haud indiligerter quaesitus est. *Haymone Halberstad.* et *Richardo a S. Victore* multum utitur, jamque de Scholasticis est. Codicem in *Germania* ab homine festivo scriptum probat calx *Aët. Apost. Amen Daz geschech*, et calx *Canonicar. Explicit per manus et non per pedes.*

CXCIV.

- U. 153 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 287. f. manu difficili perscriptus continet: I. *Lecturam in Actus Apostolorum* cum Prologo: *Lucas anthiocensis natione syrus* &c. ut consuetum. Textus medium occupat, *Expositio* margines implet, et inter lineas incurrit. Incipit autem: *Hic incipit liber actuum apostolorum, in quo beatus lucas prima se continuat ad precedentia, secundo profequitur subsequentia* &c. Ad calcem in orafolio infima legitur: *Ga feria ante Katherinam 1446° hora fere 10.*

II.